Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6232
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



nostrum hodie dies hesterna fuit Nostrum hodie dies cra-
stina erit. nostrum hodie totum est spacium huius vite presentis
Cum ergo dicis hodie idem est ac si diceres quamdiu su-
mus in hac vita temporali Panem inquit nostrum cottidianum id est
cottidie necessarium cottidie fruendum tamen moderate absque
nullo umquam tempore quamdiu sumus in via salubriter careri
est Via et panem diuini sermonis per assiduam meditacionem
et panem corporis christi per fidei sinceritatem et panem gracie
spiritualis per internam refectionem et panem compunctionis
per cordis contritionem et panem dilectionis per caritatis affec-
tionem et panem contemplacionis per secretam delectationem et pa-
nem spei per securam expectationem Omnia hec propter captum
nostre infirmitatis re ipsa nobis semper adesse necesse est Nec
id nunc dicimus quod harum rerum omnium actiones inde-
sinenter exercere valeamus sed res ipsas nobis semper inesse
et prope esse et necesse Neque enim est aliquis qui sacre scrip-
ture verba semper vel audire vel legere possit vel in eis me-
ditari. sed qui semper hec faciendi habet voluntatem licet id facere
[illegible] exemplo illius qui dicebat Meditabor in
iustificacionibus tuis semper Et alibi In corde meo
abscondi eloquia tua ut non peccem tibi Et sal-
uator in ewangelio Qui diligit me et verba mea